DOCUMENTO G

Actum in stolo Venec. (Rovigno) — Anno 1150.

1) Nos quidem omnes de Ruigno per consensum omnium vicinorum nostrorum majorum et minorum.
2) Juramus... a modo in antea obedire B. Marco et fidelissimo (?) permanere D. n. Dominico Mauroceno incl. D. V. dum vixerimus.
3) et ei qui post eum venerit similiter jurare et fidelitatem retinere debemus...
4) Omni anno quinque Romanatos ad operam sancti Marci deliberare debemus,
5) et omnes Veneticos salvos et securos et sine omni datione in omnibus partibus nostris retinebimus,
6) ego Vivianus ecc.

DOCUMENTO H

Actum in stolo Venec. (Parenzo) — Anno 1150.

1) Nos quidem omnes de Parentio scilicet ego Archipresbiter et Rozus Gastaldio.
2) Per communem consensum et collaudationem omnium vicinorum nostrorum majorum atque minorum.
3) In presentia Dominici Mauroceni filii Ducis Venetiarum,
4) et Marci Gradonici Capitaneorum Stoli Venetorum,
5) et multorum sapientum et Nobilium Veneciarum,
6) in ipso stolo super sancti Dei q. Ev. juramus fidelitatem D. n. Dom. Maur. Dei gratia gloriosissimo duci Venetiae.
7) Dalmatiae atque Croatiae,
8) et totius Istriae Dominatori,
9) et eius successoribus in perpetuum fidelitatem similiter facere et observare promittimus.
10) Beato vero Marco Ap. et Ev. per unumquemque annum XV libras olei ad luminaria dabimus,
11) et omnes Veneticos salvos et securos sine omni datione in omnibus partibus sicut nostros concives habere et manutenere debemus. Domino Duci omni anno XX anatres dare promittimus et eius successoribus similiter.
12) Ego Vivianus ecc.

DOCUMENTO I

Actum in stolo Venec. (Cittanova) — Anno 1150.

1) Nos quidem omnes de civitate Nova juravimus.... fidelitatem B. Marco Ap. et Ev. et D. n. Dominico Maur. incl. Duci Venetiarum.
2) et eius successoribus in perpetuum similiter facere et observare promittimus.
3) B. Vero Marco Ap. per unumquemque annum quadraginta libras olei ad luminaria dare promittimus.
4) Et omnes Veneticos salvos et securos sine omni datione,
5) in omnibus partibus sicut nostros concives habere et manutenere debemus,
6) et stolum vobiscum facere ad Jadram et Anconam.
7) Ego Vivianus ecc.

DOCUMENTO L

Actum in stolo Venec. (Umago) Anno 1150.

1) V. Mihael legatus Humaghi etc.
2) Nos omnes de Humago juravimus super S. D. q. Ev. fidelitatem B. Marco Ap. et Ev. et Dominico Mauroceno incl. D. V...
3) et omnes Veneticos salvos ecc.
4) et si comune Venetum stolum fecerit ad Jadram vel ad Anconam nos vobiscum stolum facere promittimus nisi per vos remanserit.
5) Et Domino Duci omni anno in mense septembris Romanatos persolvere debemus et ejus successoribus.
6) Ego Vivianus ecc.